

# **Alte Drucke**

# DE CIVILI=||TATE MORVM PVERILIVM || PER DES. ERASMVM RO=||TERODAMVM LI=||BELLVS, || NVNC PRIMVM ET || conditus & editus. ||

Erasmus, Desiderius Lipsiae, 1545

**VD16 ZV 30712** 

## DE CONVIVIIS.

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckepi Lina 1914, Study Center, Frau Dr. Britta 1914, Study Center

#### DE CIVILITATE

teticos agunt. Atqui de ambulationibus porticus & for a conveniunt non templa, quæ facris concionibus, my sterijs, ac deprecationi dicata sunt. Ad concionan tem spectent oculi, buc attenta sint aures, buc inhiet animus omni cum reverentia, quasi non hominem au= dies, sed Deum per os boministibi loquentem. Quum recitatur Buangelium assurge, & si potes auscultare ligiofe. Quum in symbolo canitur, Et homo factus est, in genua procumbe, uelhoc pacto te submittens in il= lius honorem, qui semet pro tua salute, quum esset su= pra omnes coelos, demisit in terras, quum esset Deus, dignatus est homo fieri, ut te faceret deum. Dum per= aguntur mysteria, toto corpore ad religionem com= posito ad altare uersa sit facies, ad Christum animus. Altero genu terram contingere, erecto altero cui læ= uus innitatur cubitus, gestus est impiorum militum qui domino Iesu illudentes dicebant: Auerex Iudæorum. Tu demitte utrung, reliquo etiam corpore nonnihil inflexo ad uenerationem. Reliquo tempore aut legas tur aliquid è libello, fine precularum, sine doctrinæ Salutaris, aut mens cœleste quippiam meditetur. Eo tempore nugas obgannire ad aure vicini, corum est, qui non credunt illic adesse Christum: huc illuc cira cunferre uagos oculos, amentium est. Existima te fru= N3. Pratemplum adiffe, nifi indemelior discefferis, puris or B.

DE CONVIVIIS.

In convivijs adfit hilaritas, abfit petulantia: non nifi lotus accübe, sed ante præsectis unguibus, ne quid in his hæreat sordidum, dicarisq; zvækóvo vo o acprius clamreddito lotio aut si resita postulet, exo nerata

nerata etiam aluo: & si fortè strictius cinctu esse con tingat, aliquantulum relaxare uincula consultum est, quod in accubitu parum decore fiat. Abstergens ma= nus simulabijce quicquid animo ægrè est. Nam in con uiuio nec tristem esse decet, nec contristare quenquă. Iuss consecrare mensam uultum ac manus ad religio nem componito, spectans aut conuius primarium aut si fors adest, imaginem Christi, ad nomen Iesu, matrif que uirginis utrung, flectens genu. Hoc muneris fi cui alteri delegatum fuerit, pari religione tum ausculta= to tum respondeto. Sedis honorem alteri libenter ce= de co ad bonoratiorem locum invitatus comiter excu sa:si tamen id crebro serióg; iubeat aliquis autoritate præditus, uerecundè obtempera, ne uideare pro ciui= li præfractus. Accumbens utrang; manum super men= Sam habe non coniunctim, nec in quadra. Quidame= nim indecore uel unam uel ambas habent in gremio. Cubito uel utroq; uel altero inniti menfæ, senio mor= boue laßis condonatur, idem in delicatis quibusdam aulicis qui se decere putant quicquid agunt, dißimu= 1 landum est non imitandum. Interea cauendum, ne pro xime accumbenti cubito neu ex aduerso accumbenti pedibus sis molestus. In sella uacillare & nunc buic nunc alterinativicisim insidere, speciem habet subin de uentris flatum emittentis, aut emittere conantis. Corpus igitur æquo libramine sit erectum. Mantile si datur, aut bumero sinistro, aut brachio læuo imponi= to. Cum honoratioribus accubiturus, capite pexo, pi= leum relinquito, nisi uel regionis mos diuersum sua= deat, uel alicuius autoritas præcipiat, cui non parere sit indecorum. Apud quasdam nationes mos est, ut pueri

# DE CIVILITATE pueri stantes ad maiorum mensam capiant cibum ex-

tremo loco, retecto capite. Ibi ne puer accedat nisi iusus, nechereat usque ad convini finem, sed sumto quod satis est, sublata quadra sua, flexo poplite salu= tet conuius, præcipue qui inter conuius est cæteris bonoratior. A dextrissit poculum co cultellus esca= rius rite purgatus, ad læuam panis. Panem una uola pressum, summis digitis refringere, quorundam aulia corum delitias effe sinito, tu cultello seca decenter, no undig reuellens crustum aut utring resecans: delica= torum bocest. Panem ueteres in omnibus conuiuijs ceurem sacram religios è tractabant, unde nunc quo= que mos relictus est, eum forte delapsum in bumum f poculis aufricxosculari. Convinium flatim à poculis ausbicari po= and betore, torumest, qui bibunt, non quod sitiant, sed quod so= leant. Nec eares solum moribus est inhonesta, uerum etiam officit corporis ualetudini. Nec statim post sum tam ex iure offam bibendum, multo minus post lactis esum. Puero sæpius quam bis, aut ad summum ter in convinio hibere, nec decorum est, nec salubre. Semel bibat aliquamdiu pastus de secundo missu, præsertim sicco: dein sub conviny finem, idq; modice sorbendo, non ingurgitando, nec equorum fonitu. Tum uinum, tum cereuifia nibilominus quam uinum inebrians, ut puerorum ualetudine lædit, itamores dedecorat. A= qua feruidæ conuenit ætati, aut si id non patitur siuc regionis qualitas, siue alia quæpiam caussa, tenui ce= reuisiautitor, aut uino nec ardenti, o aqua diluto. Alioquimero gaudentes, bæc sequuntur præmia, den tes rubiginosi, genæ defluentes, oculi lusciosi, mentis Jtupor, breuiter senium ante senectam. Antequam bis bas præ=

bas præmande cibum, nec labra admoueas poculo, ni fi prius mantili aut linteolo abstersa, præsertim si quis suum poculum tibi porrigit, aut ubi de communi bibitur poculo. Inter bibendum intortis oculis alios intue ri illiberale est, quemadmodum & ciconiarum exemplo ceruicem in tergum restestere, ne quid hæreat in imo cyatho, parum est liberale. Salutantem poculo re salutet comiter, admotis labris eyatho, paululum li bans bibere se simulet: hoc ciuili nugoni satis erit. Qui si rusticius urgeat, polliceatur se tum responsurum

quum adoleuerit.

Quidamubi uix bene consederint, mox manus in epulas conijciunt. Id luporum est, aut eorum qui de chytropede carnes nondumimmolatas deuorant, iux ta prouerbium. Primus cibum appositum ne attingi= to, non tantum ob id quod arguit auidum, sed quod in terdum cum periculo coniunctum est, dum qui ferui= dum inexploraturecipit in os, aut expuere cogitur, aut si deglutiat adurere gulam, utroq; ridiculus æque acmifer. Aliquantifper morandum, ut puer adfuefcat affectui temperare. Quo consilio Socrates ne senex quidem unquam de primo cratere bibere sustinuit. Si cummaioribus accumbit puer, postremus, necidnist muitatus, manum admoueat patinæ. Digitos in iusua lenta immergere agrestium est, sed cultello fascinaue tollat quod uult, necid ex toto eligat disco, quod so= lent liguritores, sed quod forte ante ipsum iacet su= mat : quod uel ex Homero discere licet, apud quem creber est hic uersiculus.

οίδι επ' ονείαθ ετοίμα προκείμενα χ θ=

gagiamon.

Id quoq:

#### DE CIVILITATE

Id quoque si fuerit insigniter elegans alteri cedat. o quod proximum est accipiat, Vt igitur intempes rantis est in omnes patinæ plag as manum immittere. ita parum decorum patinam invertere quò veniant ad te lautiora. Si quis alius cibum porrexerit elegantio= rem, præfatus excufatiunculam recipiat, sed resecta sibi portiuncula, reliquum offerat ei qui porrexerat, aut proxime asidenti communicet. Quod digitis exci pinon potest quadra excipiendum est. Si quis è place= ta uel artocrea porrexerit aliquid cocleari, aut qua= dra excipe, aut cocleare porrectum accipe, co inuer= so in quadram cibo, cocleare reddito. Si liquidius est quod datur gustandum, sumito, cocleare reddito, sed ad mantile extersum. Digitos unctos uel ore præs lingere, uel ad tunică extergere, pariter inciuile est: id mappa potius aut mantili faciendum. Integros bo= los subitò deglutire ciconiarum est, ac balatronum. Si quid ab alio fuerit refectum, incivile est manum quae drámue porrigere, priusquam ille structor offerat, ne uideare præripere quod alteri paratumerat. Quod porrigitur aut tribus digitis, aut porrecta quadra ex= cipiendum. Si quod offertur non congruit tuo foma= cho, caue ne dixeris illud comici Clitiphonis. Non pof fum pater, sed blande agito gratias. Est enim bocur= banißimum recufandi genus. Si perstat inuitator, ue= recunde dicito aut non conuenire tibi, aut te nibil am plius requirere.

Discenda est à primis statim annissecandi ratio, non superstitiosa quod quidam faciunt, sed ciuilis & commoda, aliter enim inciditur armus aliter coxa, a= liter ceruix, aliter cratis, aliter capus, aliter phasia=

nus, aliter perdix, aliter anas: qua de re sigillatim præcipere, ut prolixum sit, itanec operæprecium. Il= lud in universum tradi potest. Apitiorum esfe, omni ex parte, quicquid palato blanditur abradere. Abste se mesa alteri porrigere, parum bonesti moris est. Panem prærosum iterum in ius immergere rusticanum est. Si= cut & cibum mansum faucibus eximere, & in quadra reponere, inelegas est. Nam si quid forte sumtum est, quod deglutiri non expedit, clam auersus aliquò pro ijciat. Cibum ambesum aut offa semel in quadram sepo fita repetere, uitio datur. Offa, aut si quid simile reli= quum est, ne sub mensam abieceris, pauimentum con= spurcans, nec in mensæ stragulam proijce, nec in pati= nam repone sed in quadræ angulum sepone, aut in di= scum qui apud nonnullos reliquijs excipiendis apponi tur. Canibus alienis de mensa porrigere cibii, ineptiæ tribuitur: ineptius est illos in conuiuio contrectare. Oui putamen digitorum unquibus aut pollice repur= gare ridiculum est: idem inserta lingua facere magis etiam ridiculum, cultello id fit decentius. Offa denti= bus arrodere caninu est, cultello purgare ciuile. Tres digiti salino impressi, uulgari ioco dicuntur agrestium insignia. Cultello sumendum est salis quantum satis est. Si longius abest salinum, porrecta quadra petendum est. Quadram aut patinam cui saccarum aut aliud sua= ue quiddam adhæsit, lingua lambere felium est, non hominum, Carnem prius minutim in quadra dissect, mox addito pane simul aliquandiu mandat, priusqua trajiciat in stomachum, id non solum ad bonos mores, uerumetiam ad bonam ualetudinem pertinet. Quidam denorant uerius quam edunt, non aliter quam mox, ut

B 2

aiunt,

#### DE CIVILITATE

aunt abducendi in carcerem. Latronum est ea tubur · cinatio. Quidam tantum simul in os ingerunt, ut utrine que ceu folles tumeant buccæ, alij mandendo diductu labiorum sonitum edunt porcorum in morem. Nonnul li norandi studio, spirant etiam naribus, quasi præfo. candi. Ore pleno uel bibere, uel loquinec bonestum est, nec tutum. Vicißitudo fabularum interuallis diri= mat perpetuum esum. Quidam citra intermisionem es dunt bibúntue, non quòd esuriant sitiántue, sed quòd alioqui gestus moderari non possunt, nisi aut scabant caput, aut scalpant dentes, aut gesticuletur manibus, aut ludant cultello, aut tußiant, aut screent, aut ex= puant. Bares à rustico pudore prosecta nonnullam in faniæ feciem babet. Aufcultandis aliorum fermoni= bus fallendum est hoctædy, si non datur oportunitas loquendi.Incivile est cogitabundum in mensa accumbere. Quosdam autem uideas aded stupentes, ut nec audiant quid ab alijs dicatur, nec se comedere sentiat, co fi nominatim appelles, uelut è somno excitari uis deantur. A ded totus animus oft in patinis. Inurbanum est oculis circumactis observare quid quisa; comedat, nec decet in quenquam convivarum diutius intentos habere oculos: murbanius etiam transuersim hirquis intueri, qui in eodem accumbunt latere: inurbanisi= mum, recorto in tergum capite contemplari, quid rerum geratur in alteramenfa. Effutire fi quid liberius inter pocula dictum factumue sit, nulli decorum est, nedum puero. Puer cum natu maioribus accumbens nunquam loquatur, nisi aut cogat necessitas, aut abs quopiam inuitetur. Lepide dictis modice arrideat, ob scæne dictione quando arrideat, sed nec frontem con> trahat.

trabat si præcellit dignitate qui dixit, sed ita uultus habitum temperet, ut aut non audisse aut certè non in tellexisse uideatur. Mulieres ornat silentium, sed ma»

gis pueritiam.

Quidam respondent priusquam orationem finice rit qui compellat, itasæpe sit, ut aliena respondes sit rifui, détqueteri locu proverbio, αμας απήτων. Docet boc rex ille sapientissimus stultitiæ tribuens respondere prinsquam audius, non audit autem qui non intellexit. Siminus intellexit percontantem, pau lifter obticescat, donecille quod dixit spoterepetat. Id si non facit, sed responsum urget, blande ueniam præfatus puer, oret ut quod dixerat dicat denuo, In= tellecta percontatione, paululum interponat mora, deinde tum paucis respondeat, tum incunde In convis uionihil effutiendum quod offuscet hilaritatem. Absentium famam ibi lædere piaculum est. Nec cuiquam illic funs refricandus est dolor. Vituperare quod aps positum est, incivilitati datur o ingratum est convis uatori. Si de tuo præbetur conuiuium, ut excusare te nuitatem apparatus urbanum, ita laudare aut comme morare quanti singula constiterint insuaue profectò condimentum est accumbentibus. Deniq; si quid à quo quam in convinio fit rusticius per imperitiam, civilis ter dissimulandu potius quam irridendum. Decet com potationem libertas. Turpe est subdium, ut ait Flace cus, rapere, si quid cui super conam excidit incogi= tantius. Quod ibi fit diciturue, uino inscribendum ne audias, μισω μνάμονα συμπόταμ. Si conuiuin trit quam pro puerili ætate prolixius, & adluxum tendere uidebitur, simul atq; senseris naturæ factum

#### DE CIVILITATE.

Tatis, aut clam, aut ueniam precatus te subducito. Qui puerilem ætatem adigunt ad inediam, mea quidem sen tentia infaniunt, neg; multo minus ij qui pueros immo dico cibo diffarciunt. Nam ut illud debilitat teneri corpufculi uiriculas, ita boc animi uim obruit. Mode= ratio tamen statim est discenda. Citra plenam saturi= tatem reficiendum est puerile corpus, magifq; crebro quam copiose. Quidam se saturos nesciunt, nisi dum ita distentus est uentriculus, ut in periculum ueniant ne disrumpatur, aut ne per uomitum reigciat onus. Oderunt liberos, qui illos etiamnum teneros cænis in multam no etem productis perpetuò sinunt asidere. Ergosisurgendum erit à prolixiore conuiuio, qua= dram tuam cum reliquijs tollito, ac falutato qui uide= tur inter conuiuds honoratisimus, mox et alijs simul, discedito, sed mox rediturus, ne uideare lusus aut alte= rius parum honestærei gratia te subduxisse. Reuersus ministrato si quid opus erit, aut reuerenter mensæ assi stito, si quis quid inbeat expectans. Si quid apponis aut submoues, uide ne cui uestem iure perfundas. Can delam emuncturus, prius illam è mensa tollito, quoda; emunctum est, protinus aut barenæimmergito, aut fo lea proterito, ne quid ingrati nidoris offendat nares. Si quid porrigis infundifue, læua id facias caueto. Iuf sus agere gratius, compone gestus, paratum te signi= ficans donce silentibus conviuis dicenditempus adfue rit.Interim uultus ad conuiuio præsidentem reuerenter uersus sit constanter.

#### DE CONGRESSIBVS.

Si quis occurrerit in uia, uel senio uenerandus, uel religione